R. G. ADAMS

Questo libro composto di libretti
trentanove ha un gran valore.
Il suo piu gran pregio consiste nella
lettera di Cristoforo Colombo in lingua
Spagnola.



Thomas Randolph Adams

The John Carter Brown Library

GIFT OF


Thomas R. Adams

Ex hoc, ut magnum [illegible] candida [illegible]
Laurea, magnum [illegible]
Et [illegible]
Atq; [illegible] inter olores
[illegible]
[illegible]
[illegible] ultima usq; labore,
Et Baeti, & doctum [illegible] ſuccurrere lapſæ,
[illegible] famæ, [illegible] fuerat averſæ Muſæ,
Et [illegible]

F I N I S.

MERCVRIVS
SIVE DE
LEONARDI MOCENICI
SENATORIS AMPLISS.
è Prætura Veronenſi deceſſu

FLAMINII VALERINI CARMEN.



VERONÆ,
Apud Hieronymum Diſcipulum.
M D XCVI.

RPJCB

Tempore non alio plures cecinere poetæ
Clara viri ſtudia, & mores vllius, & acta,
Non aliàs fudere vllum matresq;, nurusq.
Perque omnes ędes, perq; omnia limina nomen.
Quis nam? quis vir hic egregius? talariger inquit,
Cui fauor, & placidi tantum indulgentia cœli
Adridet? cui terra viret, cui purius æther
Affulget, totoque aſſurgunt flumine Nymphę?
Tunc Clarius pergit: MOCENICVM è gente vetuſta
Ortus hic eſt heros, procerum admirãda propago;
Quem Pallas miti naſcentem lumine vidit;
Quem mundo ærumnis confecto fauſta dederunt
Sidera, quo Veneta Vrbs tantum ſe iactat alumno,
Italia atq; omnis; LEONARDVM nomine dicunt,
Plurima quem virtus Dijs immortalibus ęquat.
Tu ne ille, indigetum ſplendor, Venetiq; Senatus
Gloria, ſublimi notus LEONARDVS olympo?
Maiugena exclamat: memini nunc, ardua quondam
Dicta mihi mandaſſe Iouis, decederet vndis
Cùm Dux iſte Atheſis, turres, atque alta relinquẽs
Mœnia Veronæ, Adriacas & tenderet oras,
Laberer ipſe alis pernix, ventoſq; vocarem,
Atque illum imperio cedentem, & abire parantem
Alloquerer, iuxtaq; aſtans comitarer euntem:
Quò monitu Iouis, & pręſenti numine moti
Præclarum Heroem meritis, & honore nitentem
Excipiant alacres Veneti, nec debita patres
Mente negent grata concedere præmia laudi:

Tum,

98-106-31

Tum, Princeps, quà ſe turbis, ceu ſanguinis vnus
Diuorum monſtrare ſolet, regniq; corona,
Et ſceptro inſignem reddant, magnaq; tiara
Haud fugiant cinxiſſe caput, terraq;, mariq;
Illum optent latè populis indicere leges:
Vulcano mox pręciperem, ſiue ardua ſaxis
Detinet hunc Lipare, Veneris ſeu blanda morātur
Oſcula cœlicolum tectis, matremve reuiſit,
Aut Marti ſtruit inſidias, opera omnia linquat,
Et thalamum auratum ſtellata per atria cœli
Extruat, ac gemmis circum radiantibus ornet;
Degat vbi fœlix ęuum Leonardus, vt annos
Complerit terris, vbi Diuum accumbere menſis
Aſſueſcat, nectarq; haurire, & corpore odorem
Diuinum ſpirare, hominumq, in vota vocari.
Sic memorans curru exiluit, magniq; parabat
Imperio parere patris: decliuis ad ęquor
Occiduum interea Phœbus properabat, Ibero
Tingere quadrupedes cupiens in gurgite feſſos.

~~J595
N479s
V. I~~

J595
N479s
V. 1